

DISPUTATIO PHILOSOPHICA,

QUÆ COMPLECTI-

TUR SCELETON HIERATI

in qua etiam attingitur aliquid ad finem de mechanicis disciplinis, itemq; de Theologia supernaturali.

De cujus veritate,

Auxiliante Spiritus sancti gratia,

Sub presidio

REVERENDI ET CLARISSIMI VIRI, DN. MATTHIÆ MARTINII, SS. THEOLOGIÆ in illustri schola Nassovica-Herbornensi professordinarii, præceptoris sui æternùm honorandi, pro ingenii tenuitate publicè responsurus est,


Die loco & hora consuetis,
PAULUS GESSINIUS, Pragensis Bohemus.



no Rose

Ex officina Christophori Corvini.

Anno 1606.



VARIARUMO. RERUM USU MUL-TIPLICI PRÆSTANTISSIMIS VIRIS:

- DN. JOACHIMO à TECHENICZ, Sac. Cæs. Maj. caufarum patrono solertissimo, Mæcenati omni observanti à prosequendo:
- DN. SIMEONI KOHAUT à LICHTNEELD, Sac. Cæs. Maj. Neopragæ Judici dignissimo, assini reverenter colendo:

NECNON

CLARISSIMIS, CONSULTIS-SIMIS, DOCTISSIMIS Q. VIRIS:

- DN. JOHANNI GESSINIO, Neopragæ Senatori fpectatissimo, patruo carissimo:
- DN. GEORGIO CAROLIDÆ à CARLSPERGA, Poëtæ Cæsareo, & Neopragensi Archigrammateo vigilantissimo, amico suavissimo:

Studiorum patronis ac fautoribus,has ftudiorum suorum primitias, in observantie debita symbolum summise offert,ac salutem à Deo Opt. Max.precatur

> Paulus Gessinius Respondens.

nationals winada

TO BE STATE

inno hax upolote fan

ponepii bio listatem per

inviente j

जारते तासम

dinne funt

क्षेत्रम धी व

THE ME THE

na funt vela Seefarii fans

LUXOTITE H

हा व्यक्तिकार

MINISTER AND AND

विद्यान सुद्धि के विद्यानसङ्ग्रह्म

marifican marifica micros of micros of marifican micros Di micro di micros di micro di micro



THESIS I.



lijar

oble.

PERM

er ster

Economia fons est reliquorum vitæ humanæ ordinum, uë hieratici, scholastici, politici. Quare & nos in disciplinarum descriptione ab OEconomica ad Hieraticam, & alias symbioticas descendimus.

2 Hieratica est disciplina, que docet cœtus sacros, religionis caus à coactos, guber. Hieratica. naresid quod non ex hominum arbitrio, sed secund um prescriptum Dei, sieri debet.

3 Quare hic prima cura esse debet, ut inquiratur, ubi Deus suam de se colendo, & homimbus servandis voluntatem revelarit: ut ita in virtute & selicitate hieraticatum personarum consulatur conscientiis.

4 Homines huic jurisdictioni subjecti obligantur, ut universi & singuli Deums distant agnoscere summum dynastam & dominum suum, huncog, ut toto corde co-lant, regnum ejus hic constituant, at q ita sint Deipopulus.

5 Sunt autem persona hic religiosi hierophanta, & auditores illorum.

6 Hierophanta sunt persona, quibus rerum sacrarum in publico cœtu tractandarum cura est commissa.

7 Res divina sunt doctrina, itemg, ritus facri.

8 Doctrina est de Deo, qua Dei veri natura docetur: & de Dei actionibus, quananilla sint, at g, inde de hominum officiis erga ipsum, ut Dei actionibus respondeant.

9 Ritus sunt velnecessarii, vel adiaphori.

10 Necessarii sunt, qui prascripti sunt divinitus.

u Adiaphorivitus sunt, qui liberi per se sunt, ut eorum usurpatio possit omittissemel tamen introducti, sacilè mutandi non sunt, id est, non nisi summà aliquà necessitate postulante, & adisicatione commodo s, audientium.

12 Auditores esse debent persona religiosa, propter cultum Dei, & sui in side adi-

ficationem congregata.

13 Horum officium est, verbum Dei sape audire, auditum revolvere, & tanquam tibum ruminare, rectamá, erga Deum sidem, prosessione & vitâ testari, & prasides suos revereri, & ad ea, qua huic ordini sunt tuendo, sumptum conferre: Quòd si verd alicubi exorbitent, & post unam atg, alteram commones actionem non resipuerint, ponam spiritualis correctionis sibi impositam humiliter debent suscipere, &, quod in ministros Dei agunt, Deum sibi hoc asscripturum, credere.

1 Hac de Hieratica: sequitur Scholastica.

Scholastica.

2 Scholastica est disciplina, qua docet gymnasium literarium regere: & generalem de virtute & selicitate doctrinam ad literarios ludos accommodare.

3 Gymnasium literarium est officina, in qua imperiti, à peritu, in literis infor-

mantur.

Politica.

4 Persone sunt hic considerande duplices Alia enim est informator, alia auditor.

5 Informator est, qui gymnafio literario praest.

6 Ejus officium est certis legibus continere auditores, verum & bonum docere in literis, falfum & malum moderate, secundum justas à superioribus prascriptas leges vindicare, & in omnibus ad captum audientium se accommodare.

7 Auditor est, qui informatori subest.

8 Ejus officium est, se informatoris officio obedienter accommodare; quod fit tum tradita percipiendo, tum mandatis parendo.

9 Gymnafium aliud est inferius, aliud superius:

10 Inferius est, in quo, prater communia de vitâ pracepta, docetur tantum legendi scribendig, peritia.

11 Superius est, in quo disciplina certa excoluntur.

12 Ida fit imperfectius, aut perfectius.

13 Imperfectius, ubi tantum pracipue necessaria inculcantur.

14 Perfectius, ubi omnes pertractantur, aut saltem plerag, omnes disciplina.

1 Hac de Scholastica: sequitur Politica.

2 Politica est disciplina de gubernatione politia.

3 In politia sunt consideranda persona politica, & earum officia politica.

4 Si politia sit amplior, quam ut unus quispiam eam regere possit, adjutores sub-

ordinati funt deligendi, & singulis munia sua prascribenda.

5 Personarum politicarum consensus esse debet circa veram religionem, eminentiam & subjectionem, vitam, matrimonia, dominiorum distinctionem, & existimationem. Ita respicimus ad ea Decalogi pracepta, qua, quum non de solis internis, sed etiam externis agant, politicum quid habent.

Breviter (ut ad generalem Ethicam respiciamus) consensus esse

debet in politicis officiis circa virtutem & felicitatem.

6 Persona politica sunt, Magistratus civilis, & subditi.

7 Magistratus officium est, procurare, qua ad virtutem, o felicitatem temporalem corporis politici pertinent.

8 Id fit aliquid indicando aut judicando.

9 Indicando, dum aut aliquid conceditur liberum, aut lex fertur, aut fancitur, aut aliquid indulgetur.

10 CON-

with

plante

Train of

CR DO

inter al

्रेट्डाड (

(four fo

mat,in

STATE

1004,00

tiliotate t

NOW ADD

META SCHOOL OF

lichtoffe

Batter

Lann eff n

Harr publi

distant.

(digona

INCHES ..

to bell or

militar.

THE PERSON

an spirit

Mosteles

DESCRIPTION .

A PEDDONA

as pur quel

明明明

10 Concessio debet esse earum rerum, qua societati politica non incommodant de siendulgentia. Concedi dicimus aliquid, quatenus nèc mandatur nec vetuur: indulgeri autem id cui nec promissio nec comminatio additur.

11 Legislatio debet esse de rebus saciendis & omittendis, ex usu communitatis

politica.

12 Sanciri debet lex pramiis & pœnis justis, quantum attinet ad ea, qua societa=

tipolitica fingulariter profunt aut obsunt:indulgenda sunt catera.

13 Ita magistratus civilis officium faciei indicando: judicando verò, ut, que sancita sunt, tempestive impleantur, puta boni desendantur, & afficiantur benesiciis, mali autem coërceantur, & quidem, prout res postulat, vel diminutione, aut ablatione honorum aut bonorum, vel inflictione dolorum. Indulta autem sunt ferenda. Ferri dicimus ea, quæ tolerantur, ut nec præmiis, nec pænis digna judicentur.

14 Adhuc de Magistratu: sequitur de subditis.

15 Officium subditorum est, ut Magistratum observent, mandata faciant, interdicta omittant, concessis & indultis sancte & moderate utantur: si autem hac non prestiterint, pænam in se obedienter recipiant: si verò secerint, jure petant sui desensionem, & alia, qua ex pacto debebuntur: si indultis recte sint usi, contra injurias se politicà libertate tueantur: si verò gravari se nimiùm censeant iniquitate, ad judicium superius appellent, aut etiam, si omnis ordo pactorum & conventorum mvertatur, se contra vimipsi decenter tueantur.

16 Hac de officio personarum politicarum in genere: species politia sequuntur.

17 Est autem politia vel minor vel maxima.

18 Minor est minus vel magis publica.

19 Minus publica, & quasi privata, est collegarum in collegio, quum pauci ejusdem studii homines ad commune quid habendum consociantur.

20 Collegarum officium est vita socialis propositum secundum pacta & conven-

tajuvare: & ex mutua benevolentia jus, operas & res communicare.

21 Jus illud vel communi collegarum consensu sancitur, vel à superiori magistratuindusgetur.

22 Hic, quum contra leges collegii aliquid admittitur, mulcta locus est, qua arca

communi collegii infertur.

23 Operatales esse debent, ut inter se commoda publica & privata promoveant,

incommoda autem avertant.

24 Ha opera aliquando sunt pares, aliquando impares; quarum illa omnibus incumbunt: has quod attinet, principi collegii est sus peculiare collegas convocandi, jus proponendi, sus ragia colligendi, & similia agendi.

A 3 25 Rerum communicatio est, ut ad collegii dignitatem juvandam, & onerarelevanda, secundum justam analogiam bona contribuant, & acquirant: qua, soluto collegio, ad singulos redeunt, &, qua bona aliunde collegio, acquiruntur, ad universitatis commodum reservantur.

26 Species minùs publica politia sequuntur: qua sunt vel clariores, ut Theologorum & Philosophorum, Decurionum: vel minùs tales, ut vel ad victu requisita, velut agricolarum, pistorum, laniorum, mercenariorum, sigulorum: vel ad somenta corporis externa, ut architectorum, sabrorum, sartorum, sutorum: vel communiter ad plura, ut naviculariorum, monetariorum, & similium.

27 Vulgò collegium est tripertitum, aliud eccleffafticorum, aliud nobilium, aliud populi. Primum hieraticum appellemus, fecundum epifemum, ter-

tium demoticum.

28 Hac de politià minùs publicà: sequitur magis publica, in quà universitas quadam consociatur.

29 Universitas est plurium domorum vel collegiorum, eodem loco habitantium, collectio in unum corpus. Appellari potest civitas, cujus jure qui fruitur, civis est.

30 Civis est primo vel plene & proprie civis, vel ex parte & improprie.

31 Plene civis est, qui gaudet communibus juribus & commodis ejus, in qua est, civitatis.

32 Plenus est veloriginarius, vel affeitus.

33 Ille est, qui ex nativitate civis est: hic qui consensu civium affumptus est.

34 Recipi autem debent, qui civitati non obfuturi videntur: ita, ut humanitatis communis tamen nunquam simus immemores.

35 Exparte civis est, qui aliquo jure aut commodo civitatis uti potest: ut advena,

civis honorarius, & confederatus.

36 Advena est, qui, quum iter aliquò faciat, in alienæ Reip.hospitio, sive publico sive privato, mox discessiurus, moratur: aut commerciorum jure uti potest in civitate. Hic autem convenit, notos esse advenas, aut de numero advenarum constare, ne, si excedat numerum civium, inde periculum civitati impendeat.

37 Civis honorarius est, cui jus civitatis, honoris ergo, tributum est, qui tamen

ideo non tenetur imperio, aut necessariis muneribus.

38 Confederati cives sunt, qui cives sunt ex federe, & eosdem inimicos, vel communia commercia habent, iis dem legibus utuntur, & eosdem habent conventus.

39 Secundo civis est, vel superior vel inferior.

40 Superior qui potestatem gubernationis ab universitate accepit.

\$1 Inferior civis est, qui superiori subest.

42 Species

(Itate

TOUS

die

live con

120000

/ Index

Mileh

Chief's

spine n

midden

whom f

2017/18

la ester

il com a

Metuw

e lejakon p

Secula

Ti (SEE

Calen les

3 mlen fix

low she

Hardon,

Lips free

mise pro

HE TE FOR

ALL PROPERTY.

pairing !

1 Suroufile

Spe Dina

W biosen

) OPERALA

42 Species universitatis sunt primò vicus, pagus, oppidum vel urbs: deinde regio

43 Vicus vel pagus, unde colonia funt ducta, dicitur Metrocomia.

44 Vicus est cœtus quorundam, domos suas conferentium. Vici superior est decurio, vel octurio, vel alius ex vicinorum consensu electus.

45 Pagus constat ex pluribus vicis absq munitione. Qui hic praest, diciturma-gister paganorum, procurator & syndicus pagi.

46 Oppidum est pagus amplior, foßa, vallo, vel muro munitus.
Prafectus hujus dicitur procurator, vel magister oppidanorum.

47 Orbs est velut oppidum amplius, ex pluribus vicis vel pagis, contra vim externam, firmius munitum ad securitatem convenientem & vivendi commoditatem: ideog, struenda urbi est locus saluberrimus, sertilis, & ad negotiationes, ac bellicas res commodus deligendus. Qua inter urbes eminet, dicitur metropolis: & illa, in quâ summus Magistratus frequentius habitat, regia metropolis, qua in media regione consultius statutur, tum ut sit tutior, tum ut subdutis omnibus sit accessus facilior.

48 Urbi interdum adsunt suburbium ex domiciliis extraurbem, & pomærium,

quodest patium agriincultum intra muros.

Male I

i smoke

No bear

DE JUK

da ciana

(contri

ETT PRO

MEETE

BESS

STATE

AN

Prafectus urbis dicitur consul, cujus consiliarii sunt assessores & senatores.

49 Regio seu provincia est, qua plures pagos, oppida aut urbes continet.

30 Provincialium communicatio est concordia circa jura, res & operas.

51 furis communicatio est in rebus, qua urbem amplificant & meliorem faciunt, ut quòd iisdem legibus, eadem religione (fic tamen ut conscientiis laqueus non injustur) eodem studio & disciplina, eadem moneta, iisdem quensuris utuntur.

52 Rerum alia serviunt usui mundano, alia sacro, alia utrig.

53 Mundano, o quidem primò pro singulis propter commoda, ut sylva, pascua, pradia, aqua, slumina, via, sontes, balnea, therma, mola, portus, theatra, sorum rerum venalium: propter incommoda, carcer: propter commoda & incommoda juditiale forum.

54 Hic res sancta dicuntur, in quarum violatores pana est constituta, ut sunt

muri,porta, propugnacula, arces civitatis, fossa aquaria, sepulcra:

55 Deinde, pro universitate, ut vectigalia, horrea publica, armamentaria, sodi-

na & c. Sic grammatophylacia.

56 Sacrousui serviunt, Dei cultui destinata res, ut sunt templa, avasinala, decima sacra. Otrig, & mundano & sacro usui instituuntur Schola, in quibus & humana & divina artes sunt discenda.

57 Operamutua à civibus prastari debent, in adjumento, circa publicas structu-

mas, & excubias pro Rep. circa funtus pro universitate & sustentatione publicorum ministrorum; item circa privatarum rerum mutuas promotiones, velut, ut adisicantivicino succurratur, pecudes errantes reducantur: & omnino in desensione contra vim, & injurias persona, vel rei alterius illatas.

oles

photo

made interior

出地

id W

LUMBER

PERMIT

Sinds

den.

initalia)

Hips.

Sharile.

in fan

liganu el pripriria fe

ligaum po

les ma

#Omfilen

Witgem

limit ma

Localegi-49

THE REAL PROPERTY.

SHIP IN

to migra

the frienders

是如何

expliqui:

金五日

Antagia Oper feet

POLICE TO A

58 Sequitur de Regno. Regnum est politia, ubi familia, collegia, oppida, civita-

tes, & provincia, quandog plures, consociantur.

59 Hujus jura sunt, lex regni fundamentalis, & jura majestatis.

60 Lexilla est in pactu, per que regnicola sub uno capite in unum corpus conjun-

guntur, ad Remp. communi confilio & auxilio juvandam.

61 Jus majestatis est potestas disponendi de iis, que ad salutem Reip. pertinent; primo in sine, deinde in mediis, ut ille sit salutaris, & hac idonea, &, quantum sieri potest, compendiaria.

62 Hoc jus est hieraticum & civile.

63 Hieraticum spectat pietatem, ad Dei gloriam, ut nempe vera Religio introducatur, conservetur & desendatur.

64 Civile spectat humanitatem ad subditorum utilitatem.

65. Hoc jus vel occupatur circa bonum virtutis, vel circa bonum conditionis.

66 Ad bonum virtutis requiritur primium cura legum, ut, que salutares sint regno, condantur & serantur; lata, ubi opus est, pro varia circumstantiarum ratione explicentur, vel etiam aliquando, ubi causa durationis cessat, vel noxia esse animadvertuntur, abrogentur: deinde potestas extraneum populum sedere, sive pari, sive impari, prout ratio suaserit, sibi consociandi, dedititios à recipiendi.

67 Ad procurandum, atq, etiam conservandum bonum conditionis spectat, cura idiomatis lingua, comitiorum, distribuendorum munerum, & administratorum Reip. constituendorum, cura securitatis publica, & omnino mutua desensionis, matrimoniorum, regni bonorum, & commercioru, ac moneta, itemá, existimationis cujusq.

68 Sine sermonis usu vitasocialis nulla est: ideog, non minima de hoc solicitudo

esse debet.

69 Cura comitiorum celebrandorum est, ut idoneis temporibus, ad idonea loca, status convocentur, & de Imperii commodis, incommodorum g, remediis tractetur.

70 Munus est officium, quod municeps gerit ad Reip.commodum. Id est con-

veniens cuig, demandandum.

71 Munus autem confistit, vel in rebus, vel in operis conferendis: unde illud rea-

le, hoc personale dicitur.

72 Quod in rebus confistit, est, ut quisq3 ex possessionibus suis aliquid in Reip.usus conferat. 73 Ad hanc autem collationem non deveniendum est, misi aliunde non suppeditet, quod sufficere possit saluti Reip.

74 Collatio est vel ordinaria vel extraordinaria.

75 Ordinaria est, vel pensio ex fundo, de rebusnon nascentibus in illo, vel ex rebus, qua ex possessionibus nostris ipsa provenunt.

76 Extraordinaria imponitur ob incidentem publicam necessitatem: & hac col-

latio est de bonis, que quis in territorio ejus regni possidet, ubi vivit.

77 Ea est jugatio pro numero jugerum scu possessionum, vel capitatio, qua in singula personarum capita viritim constituitur: vel hospitatio, id est, hospitii prabitiosupervenientibus militibus, aut aliis facta.

78 Personalia munera sunt, que corporis ministerio, sub debità remuneratione,

Reip.prastantur.

79 Personalia munera sunt publica, vel privata.

80 Publicum, quod principaliter totius Reip.negotiis inservit idg, est vel honorificum, vel humile.

81 Honorificum est, vel togatum vel militare.

82 Togatum est, quod tempore pacis geritar, & vel aconomia, hieratia, vel scholis, vel politia servit.

83 Togatum politic serviens vel est, quo funguntur regni, vel ipsius Regis mi-

niftri.

SUNTE OF

r line

D ALGORIA

tolling

3 min

e finterio

laten: uniks

re frens

ukku

担当

84 Regni ministri,ut sunt archivoregni prafecti, vel reditibus publicis: Regis ministri,ut Consiliarii, adiles & c.

85 Militare munus est, quod geritur tempore belli.

86 Humile munus est, quod honorificorum alicui inservit, quale gerunt scriba,

notarii, critologi, apparitores, vigiles &c.

87 Privatum munus est, ex quo principaliter ad administrante, secundario & ex consequenti ad Remp. utilitas redit. Huc spectat inprimis rustica vita, mercatura, opiscia, & artificia mechanica: & alia, qua usibus hominum minus necessariis, aut minus honestis inserviunt.

88 Que artes sunt curiose, & vel sanctis hominum moribus, vel vite humane

funt noxia, in Repub.non funt toleranda.

89 Quod ad constitutionem administratorum Reip. attinet, interest, alios esse

ephoros, alios magistratum summum.

90 Ephori sunt, quibus Reip. summa est demandata, ad magistratum summum tonstituendum, & intra limites officii continendum: & hi universi, quatenus universum populum reprasentant, sunt Magistratu superiores, singuli verò, sigillatim considerati, eo sunt inferiores.

91 Ephori sunt primo vel perpetui, & hareditarii ex cosensuregni facti, vel temporales: Secundò sunt vel generales, quibus inspectio totius regni incumbit, ut Senatores Imperii, velut in Germanico Imperio sunt electores: vel spesiales, qui certa regni parti prasunt, quales sunt in Germanico regno status (quos vocant) Imperii, Duces, Principes, Marchiones, (quasi limitancos dicas) Comites, Barones, Nobiles, Civitates Imperiales. of the

03/2

indent.

A PROPERTY.

かされ

1 Is horse

i hadin

STATE OF

hud

DOUBLE TON

Lober

ishifini

mer

in mu

(sufer

kto onu

CHEDITAL

CHARLES

ma libe

Carboni

untilia Eri

in monte.

Ons sme e

は (日本)

DECEMBE !

PARTE DIE

matup

low len

DESCRIPTION OF THE PARTY OF THE

Magain

92 Hac de Ephoris. Ubi tales non sunt, ea, qua Ephoris demandantur, consensus

populi tributim, curiatim, centuriatim, vel viritim collecto expediuntur.

93 Sequitur de Magistratu summo:

Huic opponitur tyrannus, qui, quum velit haberi summus Magistratus, Reip.

94 Magistratus summi consideranda est primò inauguratio, deinde muneris

functio.

95 Constituitur vel à Deo extraordinarie, vel à populo seu nomine populi ab Ephoris, reciproco pacto inter illum & populum, idg, vel liberà electione, vel ex successione consuetà.

96 In electione leges de officio proponuntur. Vide Sleidan. lib.1. sub Anno

Hic si quis Remp. sine ullo justo titulo invadat, dicitur tyrannus absq, titulo, eui quilibet resistere potest.

97 Inauguratio dicitur, quum magistratus, solemniter invocato Dei nomine, con-

firmatur & proclamatur.

98 Rectamuneris functio in eo confistit, ut magistratus prudenter, secundum populi ingenium, sincerè, constanter & sideliter, quod in se recepit, exsequatur.

Hîc, si, qui legitime suit constitutus Magistratus, non recte obeat id munus, & tyrannidem exerceat, dicitur tyrannus exercitio. Hujus licentiam, ne Resp. pereat, coërcere est Ephororum.

99 Caterum recta muneris functio consistit in administratione publicorum & privatorum.

100 Publica sunt negotia & res.

101 Negotia sunt hic prostatibus, (quos sub se politia colligit) varia.

102 Sic sunt, que ad regnum Dei constituendum & conservandum saciunt; us ineatur sedus cum Deo, & inter magistratum ac populum, de Deo colendo, ut schola aperiantur & conserventur: ut cætus sacri Deum rite colentes desendantur.

103 Sic sunt politica, ut legum sanctio & justitia administratio, inter Magistratum & subditos, & subditorum inter sese: Censura, id est, inquisitio & animadversio in mores in mores & luxus eos, qui legibus non puniuntur: ut prava artes, lascivia, libidines, ebrietates, jurgia, otium tollantur: praterea opera detur concordia & tranquillitati publica conservanda.

104 Procuranda sunt porrò & media ad vita socialis commoditates necessaria,

& arma tractanda tempore pacis & belli.

105 Res porrò funt, vel publica vel privata subditorum.

106 In publicis rebus, quarum proprietas vel usus fructus ad populum pertinet, instarpatris, tutoris vel curatoris dispensator esse debet, pro utilitate & necessitate regni.

107 Hic necessitas est duplex publica, una sustentandi Magistratus, altera publi-

corum operum fumtus requirentium.

NIZ.

Major

A SERVICE THE

區。但

and the

talla ma

nto frain céques.

asidit

20

ste is

District I

0 000

108 Magistratus sustentari debet, ut dignitas officii postulat, in victu, vestitu, & ministris, structuris necessariis, &, ut omnino exigunt prasentes aut suturi usus.

109 In privatis bonis suis instar privati liberam habet dispositionem.

110 Bona privatorum sunt status, vita corporis, matrimonia, bona externa & fama.

111 Cura status esse debet, ut quisq in specialis sua vocationis terminis defendatur. Huc referamus, ut ultima provocationis beneficium concedatur.

112 Cura vita corporis est, ut malis corpori nocituris succurratur.

113 Cura matrimoniorum in eo consistit, ut ne contrahantur illicita, & ita contracta ritè dissolvantur.

114 Cura bonorum Reip. est in eo sita, ut asserventur debitis locis, tum mobilia, tum immobilia: Et huc spectat jus commerciorum, de importandis necessariis, & su-persuis nostro commodo exportandis, constituenda g, ponderum & mensurarum ratione: & jus moneta est, tum eam cudendi ex materia publice electa, signandi etiam, & valorem justum ei imponendi.

115 Cura fama est, ut detractiones, & convitia, &, si quid simile est, tollantur.

116 De Magistratu summo in genere hucusg. Quod ad species attinet, alius est solitarius, alius cum socio: ille Gracis μόνας χος, hic σωίας χος dicitur; & hic dividitur in aristocraticum & democraticum.

Aristocratia est, quando paucis optimatibus summum datur imperium.

Democratia posita est in juris aquabilitate, ut populares imperent per vices.

117 Harum Reip. formarum alia alias leges postulat. Est autem alius status aliis populis convenientior:et si monarchia cateris speciebus melior, & utilior esse videatur.

118 Ad augendum bonum conditionis spectant pramia, inter qua est privilegiorum concessio. 119 Privilegiorum concessio est, qua regnicola, ex legitima causa, remittitur aliquid de eo, quod civibus communiter est prastandum.

120 Est autem privilegium vel personale, vel reale.

121 Personale, quod contrabitur tantiim ad personam ejus, cui concessium est; non autem ad familiam extenditur.

122 Reale, quod etiam extenditur ad uxorem & liberos haredes, & hoc est immunitas, vel aliud jus singulare concessum.

123 Immunitas est, quà civis à muneribus quibusdam liberatur sine aliorum damno, idá, vel ex desectu quodam, ut insirmitate persona, ob atatem, sexum, valetudinem & inopiam: vel ex meritis, puta ob dignitatem vel Reip. occupationes.

124 Ad minuendum conditions bonum spectant pænæ, pro delicti & circumstantiarum ratione, quæ tendunt in malè facientis hominis vel vitam, vel corpus, vel famam, vel bona. Et huc spectat cura armorum, quæ duplex est, una tempore pacis, altera tempore belli.

125 Tempore pacis cives in belligerandi peritià instituuntur; certi acidonei, tum ordinarii, tum subsidiarii ad necessitatem occursuram deliguntur, cum σέμαχοι tum σύμμαχοι suturi, tum denig, in comparando apparatu, nempe colligenda pecunia, annona servanda, munitionibus struendis, & sederibus licitis prudenter pangendis.

126 Tempore belli in actione bellica spectanda est prameditata susceptio & gestio.

127 Prameditatio est de belli justà causa, & apparatu necessario.

128 Justa causa est, quum vis est propulsanda, seu injuria, Deo Reip.aut subdito illata, est vindicanda.

129 Apparatus belli requirit res & personas, & pecuniam, commeatum, arma, & occasionem rei, ratione temporis, aut loci similium ve, bene gerenda.

130 Persone sunt deligende idonee, tum directores, iig primarii & secundarii, tum milites, tum tirones, tum veteres.

131 Gestio belli consistit in recta ordinatione.

Atque hæc etiam de disciplinis symbioticis: quas optandum est, à peritioribus dari distinctiores, ne plures in una commisseantur, item-

que ut sigillatim uniuscujusq; ordo melius constituatur.

Qui de politicis plura requirit, adeat Jurisconsultorum commentarios. Nam Jurisprudentiam pro disfusiore tantum politica habent, & quidem Romanam, pro ca, quæ peculiariter in Romano Imperio obtinuit. Ejus tamen definitionem & distributionem ex JCtis subne-Etamus.

Jurisprudentia.

1 Juris-

inte

STATE OF THE PARTY OF THE PARTY

Libra

best

THE C

油坑

PER !

Inhte.

THE REAL PROPERTY.

STATES OF

and a later of the

Steen

minten

inspira

bine last

at palen

ingute t

with pers

Maria 12

pulsara!

aplenio

Waturn as

min fo

indicate in

bactiam fo

Mahanica de

mining corpor

but hz in

e benenita

tritz tolerat

dik Mathe

Can inni

Distance la

Mediane for

Dispusion of

1 Jurisprudentia est ars equi: Romana, equi à Romanis recepti. Sunt enim varia variarum Rerump.constitutiones.

2 Partes hujus dua sunt, una de jure absoluto, altera de relato:

3 Jus absolutum est de homine & rebus.

4 De homine in seipso, aut ut est persona habens caput civile, quod positum est in

libertate, civitate & familia.

un frie

dans.

100 000

ir,ing

ent du

und print

de femili

BUILD

er

5 De rebus, five corporalibus, qua tangi possunt, sive ha fint mobiles, ut servus, equus, argentum, five immobiles, ut res soli, velut pradia, vel res solo coharentes, ut fructus pendentes, granaria & c: sive incorporalibus, que tangi nequeunt, sive sint quantitates, ut numus pro valore materia, sic pondus & mensura: sive sint qualitates, que proprie jura dicuntur, ut possessio, que est in facto magis, quam in jure, dominium autem in jure magis, quam in facto.

6 fus relatum spectatur in judicio, quod est legitima rei controversa inter liti-

gantes apud judicem tractatio.

7 Partes judicii sunt persona, & quastio.

8 Persona sunt vel principales, ut judex & litigantes: vel accessoria, ut vel ad judicem,& quidem consultandi causa assessores, instruendi causa tabelliones & viatores: ad litigantes verò accedunt quidam interveniendo, qui actori & reo interveniunt, quidam patrocinando, ut advocati és procuratores.

9 Quaftio est res controversa in judicium deducta:effg, vel in facto, vel in jure.

10 Sed ista è scholis suis sunt petenda. Nobis satis est, ruditer hactenus exeundomasselan liberalium artium adumbraffe, & his quafi ferperastris ad pleniora didagraneia ingrediunda incipientes præparasse.

Multum ad roborandam doctrinam in eo situm est, ut disciplinatum omnium fundamenta verè, perspicuè & methodicè sint percepta,

1 Expositis igitur nunc liberalibus disciplinis: sequentur Mechanica.

Eas etiam fatis sit hie definivisse & distribuisse.

z Mechanica disciplina sunt, qua ad hominis dignitatem excolendam per senon

faciunt:ideog, corporeis instrumentis tractantur.

Sunt hæ in se consideratæ (non intelligimus autem curiosas & pietati humanitative contrarias artes) sunt, inquam, præclara dona,& huic vitæ tolerandæ apta adminicula: & in philosophicis disciplinis, Physica & Mathesi, fundantur. Sed siad liberales, quæ dicuntur, confetantur, multum infra harum dignitatem subsidunt.

3' Dividuntur ha disciplina in necessarias, utiles, & delettabiles.

4 Necessaria sunt, quibus hac vita carere neutiquam potest, ut qua sunt victui, & vestitui acquirendo.

Mechanica disciplina.

He comprehenduntur agriculturà & lanificio.

5 Utiles dicuntur, que usum vite faciliorem reddunt: quò referunt navigateriam, militarem & equestrem. 京山田

Mone

buthe

HOUSE

STORE

20210

100

nomin

动态与

bicou

nt nos go

nus,quet

przdiy

6 Delectabiles dicuntur, que vita usum jucundiorem reddunt, ut ars venandi.

Qui has artes penitus cognoscere velit, eum ad fabros, sartores & sutores magistros ablegamus. Et certè, qui ad liberales illas discendas non est aptus, aut eas aversatur, is, ut harum servilium honestiorum aliquam addiscat, suademus, & suadet honestas vitæ privatæ, & utilitas publicæ rei. Præstat enim sutorem & sartorem esse Reip, utilem, quàm ignavum sucum aut planetam terrestrem.

Theologia fupernaturalis.

1 Una adhuc superest disciplina, doctos pariter & indoctos docenda,&

utrisq; simul discenda, Theologia supernaturalis.

2 Ea autem est doctrina à Deo supra natura conditionem revelata, docens certam viam ad summum bonum perveniendi; atq, ita suos discipulos verè sapientes, prudentes & sanctos ad salutem facit.

3 Partes ejus sunt dua, una de Deo, altera de Dei actionibus, in quâ simul ostenditur, quomodo Dei actionibus nostra ossicia respondere debeant, ut accipiamus &

agamus que ad salutem eternam requiruntur.

4 Dei consider and a est effentia, & modi subsistendi in ea.

5 Essentia Dei est una omnino simpliciter, immunis ab omni desectu, & omnino persecta.

6 Modi subsistendi sunt tres: unde persona verè distincta nominantur Pater, Fi-

lius, & Spiritus sanctus.

7 Actiones Dei sunt Decretum & Exsequatio.

8 Decretum est primò affirmans aut negans: secundo providentia aut pradesti-

9 Providentia de mundo creando & gubernando: Prædestinatio autem de aliis angelorum & hominum servandis, illis quidem citra, his verò per mediatorem: de

aliis verò juste condemnandis.

10 Exsequutio est, vel negantium decretorum, quòd Deus quadam nec facit nec permittit: affirmantium autem est, ut quòd Deus alia facit, alia permittit. Et hac exfequutio est primò ipsa creatio & gubernatio mundi: deinde angelorum quorundans non lapsorum stabilitio in gratià, aliorum autem lapsorum rejectio in aternum; & aliorum hominum per mediatorem Θεαύθρωπον ad salutem deductio, aliorum autem, ut impiorum, condemnatio.

Hæc è sacris literis discantur, quarum compendium est in symbolo

bolo Apostolico, Decalogo, oratione dominica, disciplina Ecclesiastica (intelligimus Domini verba, qua exstant Matth.18.) institutione baptismi & sacra cana. Ethac Theologi in suis locorum communium com-

pendiis summatim prosequuntur.

提加因

IZ EN

delan

ecuaro


uti dati Na mias

1000

Jam, ut hunc tractatum cœpimus à Deo, omnium efficiente, ita in codem, ut omnium fine, claudamus: & ci agamus gratias, quòd homines nos ratione præditos, disciplinæ q; capaces, condiderit, & ad studia sapientiæ nos vocaverit, in iis q; hactenus benedicere nobis sit dignatus: inprimis verò, quòd nos abæterno præcognoverit, & prædestinaverit conformandos imagini filii sui, quòd nos vocaverit in Ecclesiam suam, verbo & spiritu suo, quòd nos justificaverit, & suo tempore plenès teglorisicaturus. Meminerimus igitur, ut monet Apostolus, quum

fimus & nos genus electum, regale facerdotium, gens fancta, populus, quem fibi Deus ut proprium vendicat, ut virtutes prædicemus illius, qui nos vocavit è tenebris, in

admirabilem lucem suam.





IN HONOREM PIETATE, ERUDITIONE, MODESTIAQ. OR-

NATISSSIMI JUVENIS, D. PAULI GESSINII Pragensis, amici sui semper charissimi.

E Ugetuis studiis Gessini ita consule, magni Et poteris verè nomen habere viri. Qui didicit sophiam, fundamina certa locavit, Quodé, superstruitur, sirmiter haret opus.

Tu pugnare bonus Themidos sacrata revisis
Atria, ut ex the sibus satá, supera, patet.
Publica res quâ sit quaris ratione gerenda:
Sic voluisti etenim suris adire viam.
Imis à gradibus, qui vult ascendere, ducat
Principium: finem, quem sibi quarit, habet.

Exple spem genitoris, ut hinc tua gloria surgat,
Fac levius senium cernat uterg, parens.
Res est grata Deo sesso atate parentes
Ornare, at premere est res inimica Deo.
In cursu sic perge tuo, carissime Paule,
Et sueris patria gloria veratua.

PAULUS DUBINUS, Mezericensis Morayus. DAS

the scale towards document 89 B7 A7 C8 B8 A8 C9 dition. bolo Apostolico, Decalo 951 flica (intelligimus Domini ver 1500 & facræ cænæ. Ethæc Tl pendiis fummatim profeq Jam, ut hunc tractati codem, ut omnium fine, c nes nos ratione præditos, +++++++ fapientiæ nos vocaverit,ir 01 C7 tus: inprimis verò, quòd n verit conformandos imag indedate suam, verbo & spiritu suo 02 nèlit glorificaturus. Mem fimus & nos genus elec 03 pulus, quem sibi D 14000 60 prædicemus ill mis and 10 adm demy s san Kin 8 8 8 9 AMERICA 16 17 18 A5 20 A2 B5 490 18 A1 C2 B2 18 Inch (° B1

1

